IV. Specimen editionis et translationum.

Praemoneo codicum Parisini et Lipsiensis corruptas scripturas omnino omissas esse. Ubi unius codicis discrepantiam adnotavi, scito conspirare ea quae dedi cum reliquis codicibus duobus. Qui in translationibus occurrunt aperti librariorum errores, quotiens altero ex codice facile emendantur, in apparatum recipere nolui.

K.VI 312 Cap. II. *Ἄρξασθαι δὲ δήπου δίκαιον ἂν εἴη ἀπὸ τῆς ἀρίστης, ἧς ὁ σκοπός ἐστιν οὐκ ἐπανόρθωσις ἀλλὰ φυλακὴ τῶν ὑπαρχόντων, ὅπερ ἡμεῖς ἐποιήσαμεν εἰπόντες ὑπὲρ αὐτῆς ἄχρι δεῦρο καθ' ἑκάστην τῶν ἡλικιῶν πλὴν τῆς παρακμαστικῆς καλουμένης, ἧς τὸ τελευταῖον μέρος ἰδίως ὀνομάζεται γῆρας, ἔχοντός τινα καὶ τούτου τομὴν ἰδίαν ὡς ὕστερον εἰρήσεται κατ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου τὸ μέρος, ἔνθα τὸ καλούμενον τῆς τέχνης γηροκομικὸν μέρος εἰς διδασκαλίαν ἄξομεν. ἀλλὰ νῦν γε τὰ κυριώτατα*
313 *τῶν προειρημένων ἀναλαβόντες ἐπὶ τὰς μοχθηρὰς φύσεις τῶν σωμάτων μεταβησόμεθα δεικνύντες, ὅπως ἑκάστην αὐτῶν ἐν ὑγείᾳ μάλιστα φυλακτέον ἐστίν.*

Τὸ τοίνυν ἄριστον σῶμα σκοποὺς ἔχει κατὰ μὲν τὰς ποσότητάς, τε καὶ ποιότητας καὶ δυνάμεις, ἐν μὲν τοῖς γυμνασίοις τὰ μέτριά τε καὶ σύμμετρα προσαγορευόμενα μετὰ τοῦ πᾶσιν ὁμοτίμως τοῖς μορίοις τοῦ σώματος προσάγεσθαι, φυλαττομένων ἡμῶν ἅπασαν ὑπερβολήν, εἰ δέ ποθ' ἁμαρτηθείη καθ' ὁτιοῦν τῶν εἰρημένων, ἐπανορθούντων τὸ σφάλμα. κατὰ δὲ τὴν τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων φύσιν ἐν ποσότητι καὶ ποιότητι καὶ δυνάμει σκοπὸς πάλιν ἐστὶ κἀνταῦθα τὸ σύμμετρον, ὡς μήτε πλείω μήτ' ἐλάττω λαμβάνειν

1/2 *ἄρξασθαι δέ μοί που (δέ μοι που* R) *δίκαιον ἂν ἦν* MR *δίκαιον*, in mg. *δεικνύειν* R 12/13 *γηροκομικόν* VMR, cf. Herbst, Gal. Pergam. de atticiss. studiis testimonia p. 134 13 *μέρος* deest V 15 *εἰρημένων* MR 17 *μεταβήσομεν* R 18 *ὑγεῖα* V, qui hac in re constanter errat 21 *τε* deest V 29 *ἐπανορθοῦσθαι* V

Burgundio:

Incipere vero congruum est ab optima. Quod optime dispositionis est intentio nec correctio sed custodia existentium, quod in quattuor libris sanitatis de optima complexione per unamquamque etatem locutus est praeter declinantem, cuius ultima pars proprie nominatur senectus.

Quod haec recapitulat, quae dixit de sanativis ab optima dispositione corporis et post dicet de mala.

Optimum corpus intentiones habet secundum quantitates quidem et qualitates et virtutes. In exerciciis quidem que moderata et commensurata dicuntur, ut ad omnes equaliter corporis particulas afferantur custodientibus nobis omnem superabundanciam. Si autem quandoque peccabitur secundum quodcunque predictorum corrigentibus id. secundum vero comestorum et bibitorum naturam in quantitate et qualitate et virtute. Intentio rursus est et hic commensuratio, ut nec plura nec pauciora accipiat

24 *mensurata* Bm 26 *aufferantur* Bm, corr. in *afferantur* Ba 28 *autem* deest Bm *aliquando* Bm

Nicolaus:

Incipere igitur iustum utique esset ab optima natura, cuius intentio est non correctio sed custodia praeexistentium, quod nos fecimus dicentes de ea secundum unamquamque etatem praeter declinativam vocatam, cuius extrema pars proprie nominatur senectus, habente et hac aliquam incisionem propriam sicut postea dicetur secundum illam huius libri partem ubi vocatam cirocomicam i. senum educativam artis partem ad doctrinam ducemus. Sed nunc principalissima predictorum resumentes ad pravas naturas corporis transibimus ostendentes, qualiter unamquamque ipsarum in sanitate custodiendum sit.

Corpus igitur quidem optimum habet intentiones secundum quantitates qualitates et virtutes. In exerciciis quidem, que moderata et commensurata dicuntur, cum hoc quod omnibus equiperanter particulis corporis afferatur caventibus nobis omnem superfluitatem. Si autem peccabitur quid secundum quodcunque predictorum corrigentibus fallimentum. Secundum vero comestorum et bibitorum naturam in quantitate et qualitate et virtute intentio igitur rursus est et hic commensuratio, ut neque

3 *est* deest Nm 4 *non* Np 12 *vocatur* Np 15 *dictorum ante* Np 23/24 *commensurata et moderata* Np 24 *cum* om. Np 25/26 *equiperanter* ego scripsi: *equiparantur* Np: *equiperantur* Nm 26/27 *afferantur* Nm 30/32 verba *fallimentum — et* desunt Nm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀλλ' ἤ ὅσα πεφθέντα καὶ ἀναδοθέντα καὶ θρέψαντα τὸ σῶμα καλῶς — εἰ δέοι καὶ τοῖς ἔτ' αὐξανομένοις τι προστεθῆναι σύμμετρον — οὐδὲν ἐάσει περιττὸν οὐδ' ἐνδεές. οὕτω δὲ καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους τε καὶ τὰς ἐγρηγόρσεις καὶ τὰ λουτρὰ καὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα τὴν συμμετρίαν δηλονότι προσήκει φυλάττειν. εἰ δέ ποθ' ἁμάρ-
314 τοι τις καθ' ὁτιοῦν τῶν εἰρημένων, ἐπανορθοῦσθαι τὸ σφάλμα. κοινὸς δ' ἔστω σοι σκοπὸς ἁπάσης ἐπανορθώσεως ἡ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας χρῆσις, εἰ μὲν ἐπὶ πλέον ἐπόνησε τὸ σῶμα τῇ προτεραίᾳ, καθαιροῦντι τὸ πλῆθος τῶν γυμνασίων, εἰ δ' ἐνδεέστερον, αὐξάνοντι· οὕτω δὲ καὶ ὀξυτέραις εἰ ἐχρήσατο ταῖς κινήσεσιν, ἀνιέντι μετρίως, εἰ δ' ἐκλελυμέναις, ἐπιτείνοντι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ μὲν τοῖς εὐτονωτέροις τὰ μαλακώτερα γυμνάσια παραλαμβάνων, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀτονωτέροις τὰ ἰσχυρότερα, καὶ τὰ σφοδρὰ δὲ τοῖς ἀμυδροῖς ἀντεισάγων καὶ τοῖς σφοδροῖς τἀναντία, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν ἅπασαν ἀμετρίαν ἐπανορθούμενος διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας ὑγιαίνοντα διαφυλάξεις τὸν ἄνθρωπον. εἰς δὲ τὸ μηδὲν ταῖς ἐπανορθώσεσι σφάλλεσθαι πρῶτον μὲν χρὴ διαγινώσκειν

1 ὅσοι R 3 αὐξανομένοις (sic, cum lineola deletrice) R: αὐξομένοις M 5 ἐάσει omnes codd. Ald.: ἐάσειν Bas. Chart. K. perperam 6/7 τὰ λουτρὰ καὶ τὰς ἐγρ. collocat V 10 φυλάττειν προσήκει V 10/11 ἁμαρτάνοι V 16 καθαιροῦντα V 18 αὐξάνον V 18/19 εἰ καὶ ὀξ. MR 20 ἀνιέντα V ἐκλελυμένως V 21 ἐπιτείνον V 22 ταῖς εὐτονωτέραις VMR, correxisse prim. videtur K. 23/24 παραλαμβάνειν V 24 ταῖς ἀτονωτέραις VMR, cf. supra τὰ ante ἰσχ. suprascr. in V, deest in MR 25 ἰσχυρο V: ἰσχυρότερον MR δή MR 27 συλήβδην V 28 ἁπάσας ἀμετρίας R 29/30 διαφυλάξαι R 31 τὸ μηδένα, sed corr. R: τὸ μηδένα Ald.: τὸν μηδένα Bas. Chart. 32 γινώσκειν MR

Burgundio:

nisi que digesta et reducta et nutrientia corpus bene. Sed oporteat et hiis qui adhuc augentur aliquid adicere commensuratum, nullum derelinquat superfluum nec deficiens. Ita vero et secundum sopnos et vigilias et balnea et anime acciones et quecunque alia talia cum mensuritate debet custodire. Si ait quandoque peccabit quis secundum quodcunque dictorum, corrigere oportet, quod peccavit. Communis autem sit tibi intentio omnis correctionis contrarie immensuritatis usus. Si quidem amplius laboraverit corpus heri, diminuenti multitudinem exerciciorum, si autem minus, augmentanti; ita vero et si acutioribus usus est motibus, remittenti moderate, si vero et dissolutis intendenti. secundum vero eundem modum in robustioribus quidem et molliora exercicia accipiens, in non robustioribus vero fortiora; et vehementiora utique probtusis introducens et vehementibus contraria, et generaliter dicendo, omnem immensuritatem corrigens propter contrariam imoderationem sanum custodiens hominem. Quod cum vis corrigere immensuritates, ne fallaris, primum quidem oportet cognoscere diligenter dispositiones corporis, deinde meminisse omnium quae hiis facta sunt. Dispositiones enim

1 *reducta et digesta* Bm 4 *addiscere* Bm 13/14 *tibi sit* Bm 17 *diminuenti* Ba: *diminuendo* Bm 19 *augmentando* (et 20 *remitendo)* sed 22 *intendenti* Bm 26 *fortioribus* Ba 27 *utique* om. Ba 37/38 legendum: *quae heri facta sunt*

Nicolaus:

plura neque pauciora accipiat nisi que digesta et reducta et nutrientia corpus bene. Si oporteat et hiis, qui adhuc augentur, aliquid adicere commensuratum, ut nullum derelinquant superfluum nec deficiens. Ita autem et secundum sompnos et vigilias et balnea et anime acciones et quecunque alia talia commensuritatem decet custodire. Si autem quandoque peccaverit secundum quodcunque predictorum corrigere fallimentum. Communis autem sit tibi intencio omnis correctionis contrarie immensuritatis usus. Si quidem amplius laboraverit corpus, dimminuendo multitudinem exerciciorum, si autem minus, augendo;

secundum eundem autem modum in fortioribus quidem molliora exercicia assumendo, in inbecillioribus autem fortiora; et vehementiora quidem optusis opponendo et vehementibus quae contraria, et ut sumatim dicam, omnem incomensuritatem corrigendo per contrariam imoderationem sanum custodies hominem. Ad nil autem errandum in correctionibus primum quidem oportet cognoscere diligenter dispositiones corporis, deinde memorari omnium, que in precedenti die facta sunt. dispositiones enim ostendent,

2 *reddita* Nm 3 *si] sed* Np 4 *aliquid] quid* Nm 5 *ut* om. Np 9 *alia* om. Np 10 *debet* Np 18/19 *quantitatem exerciciorum seu multitudinem* Np; solet ille librarius errore perspecto *seu* forma usus veram scripturam addere
20/21 eadem lacuna in utroque codice
23 *maiora* Np 26 *vehementia* Np 28 *sine matim* Np 31 *custodiens* Np

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ἀκριβῶς τὰς διαθέσεις τοῦ σώματος, εἶτα μεμνῆσθαι τῶν ἐν τῇ προτεραίᾳ γενομένων ἁπάντων. αἱ μὲν γὰρ διαθέσεις ἐνδείξονται τὸ πλημμεληθέν, ἡ μνήμη δὲ τῶν προγεγενημένων, εἰς ὅσον χρὴ μετακινῆσαί τι τῶν συνήθων ὑπαγορεύσει. κατὰ μὲν δὴ τὰς διαθέσεις αἱ τοιαίδ' εἰσὶν ἀμετρίαι, ὡς ἰσχνότερον ἢ εὐογκότερον ἢ σκληρότερον ἢ μαλακώτερον ἢ ξηρότερον ἢ ὑγρότερον ἢ ἀραιότερον ἢ πυκνότερον ἑαυτοῦ φαίνεσθαι τὸ σῶμα, πρὸς τῷ μηδὲ τὴν κατὰ φύσιν ἀκριβῶς ἀποσῴζειν εὔχροιαν. ἡ μνήμη δὲ τῶν προγεγονότων αὐτό τε τὸ ἁμαρτηθὲν ἐνδείξεταί σοι καὶ διδάξει τὴν ἐπανόρθωσιν ἐκ τοῦ παραβάλλεσθαι τοῖς ἐνεστῶσιν. εἰ μὲν γὰρ ἰσχνότερον τὸ σῶμα φαίνοιτο, σκοπεῖσθαι χρὴ καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, πότερον πλείω τοῦ προσήκοντος ἐπόνησεν ἢ ὀξυτέραις ἐχρήσατο ταῖς κινήσεσιν ἢ περὶ τὴν τρῖψιν ἐπλεόνασεν ἢ τὰ λουτρά, καὶ μετὰ ταῦθ' ἑξῆς ἐπισκοπεῖσθαι, πότερον ἐφρόντισεν ἢ ἠγρύπνησεν, ἢ ἐξέκρινε κατὰ γαστέρα πολὺ πλείω τοῦ προσήκοντος, ἐπισκοπεῖσθαι δὲ καί, εἰ ὁ οἶκος θερμότερος, ἐν ᾧ διέτριψεν, ἢ εἰ ἔφαγεν ἔλαττον ἢ ἔπιεν ἢ ἀφροδισίοις ἐχρήσατο πλείοσιν. εἰ δ' ἐν ὄγκῳ μείζονι τὸ σῶμα φαίνοιτο, μὴ τρῖψις ἢ γυμνάσιον ἔλαττον ἢ βραδύτερον ἢ πλείων ὕπνος ἢ ἐποχὴ γαστρὸς ἢ σιτίων πλῆθος ἀμέμπτως πεφθέντων. εἰ δὲ σκλη-

3 γενομένων V: προγεγενημένων MR (cf. l 5). 7 δὴ suprascr. V 8 ἀμεμετρίαι R 9 ὡς om. V εὐογκώτερον V 10/11 ἢ ὑ. ἢ ξ. V: ἢ ὑγρ. om. M 13 μὴδὲ τὴν κ. φ. V: μὴ κ. φ. MR 15/16 προ (suprascr.) ἁμαρτηθ(ὲν) V 17 παραβάλεσθαι MR 22 ἢ] καὶ M 25 ὑγρύπνησεν R 29/30 ἢ (om. εἰ) ἔφαγεν ἔλαττον ἢ εἰ ἔπιεν MR 30/31 πλείοσιν] μὴ δεόντως V, quae scriptura haud scio an Galeni sit. 32 μαλακή post τρῖψις add. Ald. ceteraeque edit. γυμνασίων M 33 βραδυτ^ρ' V: βραδύτερος M 35 ἀμέμπτος R

Burgundio:

demonstrabunt, quid peccaverit, memoria vero eorum, quae facta sunt, in quantum oportet transmutare quid consuetorum anunciabit. Secundum dispositiones quidem tales sunt inmensuritates, quod subtilius vel tumidius vel durius vel mollius vel siccius vel rarius vel spissius se ipso apparet corpus, nec secundum naturam certissime bonum colorem servat. Memoria autem eorum, quae ante facta sunt, et hoc ipsum quantum peccavit, demonstrabit tibi et docebit correctionem comparando precedentibus presentia. Si enim subtilius corpus apparet, scrutandum et rememorari oportet, utrum amplius quam oporteat laboravit et acutioribus est usus motibus vel circa fricationem superabundavit vel circa balnea, et postea deinceps scrutandum, utrum sollicitus fuerit vel vigilavit, vel exercuit [vel egessit] per ventrem multa plura quam oportuit et perscrutandum autem est et si domus calidior, in qua moratus est, vel comedit minus vel si bibit vel si veneris amplioribus usus est actibus. Si vero in tumore maiori corpus appareat, scrutandum, an frictio vel exercicium minus vel tardior vel amplior sompnus vel detentio ventris vel cibariorum multitudo sine querela digestorum. Si vero durus se ipso apparet corpus, fricationum meminisse opor-

4 *consuetudo horum* Bm 6/7 *inconmensuritates* Bm 9 desunt in utroque codice verba: *vel humidius.* Non casu videtur factum esse, ut eadem verba omitterentur in M 15/16 *et correctionem comparabit presentibus* Ba 19 *oportet* om. Ba 24/25 *vel exercuit* (sic) om. verb. *vel egessit* Ba; verba *vel egessit* videntur coniectura nescio cuius addita esse; scrib.: *excrevit.*

Nicolaus:

quid erratum sit, memoria vero eorum, que ante facta sunt, in quantum oportet quid transmutare consuetorum enunciabit. circa dispositiones quidem hec sunt immensuritates, scilicet tumidius vel subtilius vel durius vel mollius vel siccius vel humidius vel rarius vel spissius se ipso apparere corpus, ut nec eam secundam naturam certissime bonam colorationem servet. memoria vero eorum, que ante facta sunt, ipsum, quod erratum est, demonstrabit tibi et docebit correctionem comparando presentibus. Si enim subtilius corpus appareat, scrutari oportet et memorari, utrum plus quam oportet laboraverit vel acutioribus usus est motibus vel circa fricationem superhabundavit vel circa balnea, et postea deinceps scrutandum, utrum sollicitus fuit vel vigilavit vel exercuit per ventrem multa plura quam oportuit. Scrutari etiam et si domus est calidior, in qua conversatus est vel comederit minus vel biberit vel veneris actibus usus est amplioribus. Si vero in tumore maiori corpus appareat, scrutari oportet, ne fricatio vel exercicium minimum vel tardius vel amplior sompnus vel detentio ventris vel cibariorum multitudo inculpabiliter digestorum. Si autem durius appareat se ipso corpus, fricationum

1 *sit* om. Np 7—9 *vel mollius — vel rarius* om. Nm 10 *nec*] *quandoque* Np 23 *vel postea deinceps* Np 25 scrib.: *excrevit.* 29 *vel biberit] quam b.* Np 3) *artibus* Np 33 *nimium* Np

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

316 ρότερον ἑαυτοῦ φανείη τὸ σῶμα, τρίψεων ἀναμνησθῆναι χρὴ πρῶτον, εἶτα γυμνασίων εὐτόνων μετ' ἀντ-
αγωνιστοῦ σκληροῦ ** πιλοῦντος, καὶ πρὸς τούτοις, εἰ ἐν κόνει καὶ ταύτῃ σκληρᾷ καὶ ψυχρᾷ παντάπασιν καὶ εἰ χωρὶς τῆς καλουμένης ἀποθεραπείας· εἶθ' ἑξῆς λουτρῶν εἰ ψυχρὰ παντάπασιν ἢ λίαν θερμά, καὶ ὁ οἶκος, ἐν ᾧ διέτριψεν ἐγρηγορώς τε καὶ κοιμώμενος, εἰ ψυχρός· ἔτι δὲ σιτίων ξηρότητα καὶ πομάτων ἔνδειαν. εἰ δὲ μαλακώτερος ἑαυτοῦ γένοιτο κατὰ τὴν ὑστεραίαν τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἀναμιμνήσκεσθαι χρὴ τῆς τρίψεως, εἰ μαλακή τε καὶ σὺν λίπει καὶ λουτροῖς ἀτρέμα χλιαροῖς καὶ ἀραιοτέροις ἐγένετο· μετὰ δὲ τὴν τούτων ἐπίσκεψιν, εἰ τὰ γυμνάσια βραδέα καὶ ὀλίγα καὶ μετὰ τοῦ συμπαλαίοντος ἀμετρότερον ἁπαλοῦ, κἄπειτα περὶ πόματος, εἰ πλέον, εἶθ' ἑξῆς ἐδεσμάτων, εἰ πλέον' ἢ ὑγρότερα τὴν φύσιν, εἶθ' ὕπνων, εἰ πλείους. ἐγγὺς δὲ τῆς μαλακῆς τοῦ σώματός ἐστι

2 μέν post τρίψεων add. V 3/4 μετ' ἀ. σκληροῦ (om. πιλοῦντος) καὶ πρ. τ. V: μετ' ἀ. σκληροῦ πηλοῦντος καὶ πρ. τ. MR: *cum luctatore forti viribus et insuper* Nic. *cum reluctatore forti viribus* (*v.* deest Ba) *membra* Burg; lacunam indicavi; videtur legisse Burg. τὰ ἄρθρα (*membra*), quod optime quadrat ad πιλοῦντος 6 παντάπασιν om. MR Burg. 8 post λουτρῶν ἢ pro εἰ V 11 ἢ ψυχρός V: nullam interrogationis particulam exhibent MR 11 καὶ ante σιτίων del. R 12 εἰ δὲ MR: καὶ εἰ V 16 verba εἰ μαλακή τε usque ad (l. 19) ἐπίσκεψιν om. M 16/18 λ. ἀτρέμα χλιαρωτῳ, in mg.: γρ. ἀραιοτῳ V: λ. ἀτρέμα καὶ ἀραιοτέροις R: *b. quiescibiliter et raris (et rarefactis* Bm) Burg. *b. quiescibiliter tepidis* Nic., cf. quae supra ad hunc locum exposui p. 44. 19 εἶτα γ. V 20 καὶ post ὀλίγα om. V 21 ἀμετρώτερον R 22 πλέον V 23 εἰ πλέον' scripsi: εἰ πλέονων VM: εἰ πλειόνων R: ἢ πλειόνων Chart. K. ὑγροτέραν R: ὑγροτῳ V: ὑγροτέρων M Chart. K. 25 ἐστι τοῦ σώμ. V ante σώματος del. συμμέτρου R

Burgundio:

tet primum, deinde exerciciorum robustorum cum reluctatore forti viribus membra et insuper si in pulvere ac dura et frigida et sine vocata apotherapia, deinde meminisse balneorum, si frigida omnino vel calida valde et an domus, in qua moratus est vigilans et dormiens, est frigida. amplius autem cibariorum successionem et potuum indigenciam. Si vero mollius se ipso cras fuerit corpus, primum quidem meminisse oportet fricationis si mollis et cum oleis et balneis quiescibiliter et raris facta est. post horum vero scrutationem, si exercicia tarda et pauca et cum colluctante inmoderate molli, deinde de potu si amplior fuerit, deinde cibi si ampliores vel humidiores natura, deinde de sopnis et si ampliores. quod mollis dispositio corporis et humida prope sunt, nisi quod mollis quidem corporum ipsorum est propria qualitas, humida vero humidorum, que in ipsis. discernitur autem tangentibus nobis, quod humida cum humiditatibus est, mollis autem sine eis, cum sit humida propriis particulis.

3 *viribus* om. Ba 7 *valde calida* Ba 10 scripserit B. *siccitatem* 15/16 *rarefactis* Bm 18 *colluctatore* Bm 19 *de* om. Ba 28 *intingentibus* Bm 29 *humidioribus* Ba 30 videtur exhibere post *cum sit* verba *de ipso* Bm

Nicolaus:

oportet meminisse prius, deinde exercitiorum robustorum cum luctatore forti viribus et insuper si in pulvere et hac dura et frigida omnifariam et si sine vocata apotherapia, deinde meminisse oportet balneorum, si frigida omnino vel calida valde sunt et utrum domus, in qua moratus est vigilans et dormiens, est frigida; amplius autem cibariorum siccitatis et potuum indigencie. Si vero mollius se ipso secundum posteriorem diem fiat corpus, primum quidem meminisse oportet fricationis, si mollis et cum unctuositate et balneis quiescibiliter tepidis facta est; post horum vero scrutationem, si exercicia tarda et pauca et cum colluctante immoderate molli, deinde de potu si amplior, deinde de cibis si ampliores vel humidiores natura, deinde de sompnis si ampliores. Prope vero mollem corporis dispositionem est vocata humida, nisi quod mollis quidem ipsorum corporum est propria qualitas, humida vero humidorum, que in ipsis. discernitur autem tangentibus nobis; nam humida quidem cum

5 *si* om. Np 6 *meminere* Np 9 *mortuus est* Np 10 *fetida* Np 20/21 *colluctatione* Np 21 *de* om. Np, item 22 23 *post humidiores* desunt verba usque ad *ampliores* (24) Nm 27 *nisi quantum* Np

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

διαθέσεως ἡ ὑγρὰ καλουμένη πλὴν ὅσον ἡ μὲν μαλακὴ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἐστιν οἰκεία ποιότης, ἡ δὲ ὑγρὰ τῶν ἐν αὐτοῖς ὑγρῶν. διακρίνεται δ' ἁπτομένων ἡμῶν· ἡ μὲν
317 γὰρ ὑγρὰ σὺν ἰκμάσιν ἐστίν, ἡ δὲ μαλακὴ χωρὶς τούτων, ὄντος γε δηλονότι καὶ τοῦ μαλακοῦ σώματος ὑγροῦ τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἀλλ' ἕνεκα σαφοῦς διδασκαλίας μαλακὸν μὲν τοῦτο καλείσθω, τὸ δ' ἕτερον ὑγρόν. ἡ μὲν οὖν ἀμέτρως ξηρὰ διάθεσις εὐθὺς σκληρύνει τὴν ἕξιν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ μετὰ μαλακότητός ἐστιν ἡ ὑγρά. δύναται γὰρ ἐσκληρύνθαι μὲν ἡ σάρξ, ἀναφέρεσθαι δ' ἐκ τοῦ σώματος ἰκμὰς ἢ ἱδρώς. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ὑγροτήτων ἤτοι γ' ἀφροδισίων χρῆσιν ἄκαιρον ἢ ἀπό τινος ἑτέρας αἰτίας ἀρρωστίαν τῆς δυνάμεως ὑποπτευτέον ἢ ἀραιότητα τοῦ σώματος ἐπὶ μαλακαῖς ἀμέτρως τρίψεσιν ἢ λουτροῖς πλέοσιν ἢ ἀέρι τῷ κατὰ τὸν οἶκον, ἐν ᾧ διέτριψε, θερμοτέρῳ παρὰ τὸ δέον. ἐπισκεπτέον δὲ καὶ περὶ πόματος εἰ πλέον, ἢ ⟨εἰ⟩ ὕπνοι πολὺ πλείους τῶν κατὰ φύσιν, ἢ εἰ τὸ περιέχον ἀθρόως μετέβαλεν εἰς ὑγρότητά τε καὶ θερμότητα, καὶ περὶ τροφῶν δ' ὡσαύτως. ἐπὶ δὲ τῆς ἀπαλότητος ἢ μαλακότητος — ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζειν ἔθος ἐστίν — ὅταν ποτὲ χωρὶς ὑγρότητος ᾖ, πε-

5 ἡμῶν om. VR 7 ὄντος δὲ MR 12 ἀμέτρος R 15 ἡ ὑγρά VR: art. om. M, inseruit correctione R μέν post δύναται add. MR 16 ἐσκληρύνθαι μόνον M ἀναφέρε^τ V 17 ἰκμὰς ἐκ τοῦ σώματος ἢ ἱδρώς V 18 ὑγροτήτων MR, *humiditatibus* Burg. Nic.: ὑγροτέρων V γ' om. V 21 ἀραιότητα corr. ex ἀραιοτέρα R 23 πλεόν^ε (sic) V 26 πομάτων MR εἰ addidi ex B. et N. 27 πο̂ V: πολλῷ MR (πολύ dedit G.315,11) 29 τε om. V 30 δ' om. V 31/32 ἑκατέρως M (cf. π. λεπτ. δ. ed. K. 17, 12: ἑκατέρως γὰρ ὀνομάζεται): ἑκάτερα V: ἑκάτερον R 32 μέν pro γάρ M

Burgundio:

quod immense sicca dispositio confestim indurat habitum, sed humida non ex necessitate est cum mollicie. potest enim indurari quidem caro, educi vero a corpore humor vel sudor. Quod in humiditatibus vel venereorum inopportunorum usum vel ab alia aliqua causa infirmitatem virtutis suspiciendum vel raritatem corporis in mollibus immoderate fricationibus vel balneis pluribus vel aere domus, in qua moratus est, calidiore magis quam oporteat. insuper perscrutandum et de potu si amplior vel si sompni multo plus hiis qui secundum naturam vel si continens nos aer repente simul transmutatus est in humiditatem et caliditatem et de cibis vero similiter in mollitiem vel teneritatem; quod est hoc idem. quandoque sine humiditate fuerit, digestum quidem cibum recte et nutritum esse corpus, exercitatum vero indigentius. e converso vero in duricie vel nutritum (!) esse dure vel exer-

9 *potest quidem indurari caro* Bm 12 *et* pro *vel* Bm 14/15 *suspicandum* Ba 26 *similiter* om. Bm 27 *quod* post *teneritatem* deletum, deinde suprascriptum *cum* Ba 27/28 *et est et hoc quidem* Bm 28 *quandoque cum sine* Bm 33 *τεθράφθαι* pro *τετῖφθαι*! pro *dure* fortasse *dense* Bm

Nicolaus:

humiditatibus est, mollis vero sine eis, cum sit videlicet et molle corpus humidum propriis particulis, sed gratia manifeste doctrine molle quidem hic (*sic!*) vocatur, alterum vero humidum. Igitur immensurate quidem sicca dispositio confestim indurat habitum, non ex necessitate autem cum mollicie est que humida. Potest enim indurari quidem caro, educi vero ex corpore humor vel sudor. Igitur in humiditatibus quidem vel venereorum importunum usum vel ab aliqua alia causa imbecillitatem virtutis suspiciendum vel raritatem corporis in mollibus immoderate fricationibus vel balneis pluribus vel aerem domus, in qua moratus est, calidiore mmagis quam oportet. Superscrutandum autem et de potu si amplior vel sompnus si multo plus eo qui secundum naturam et si continens nos aer repente simul transmutat est in humiditatem et calidita et de cibis autem similiter. In mollicie vero sive teneritate, utroque enim modo nominare consuetudo est, quandocunque enim sine humiditate fuerit, digestum quidem esse cibum recte et nutritum corpus, exercitatum vero indigencius.

3 *particulis* om. Nm 5 *hic* usque *sicca* (l. 7) desunt Nm 8 *in dura* Np 9 *non* pro *cum* Np 16 *suspicandum* Nm: *suscipiendum* (sic) Np 20 *magis* Np: *multum m.* Nm 22 *vel* om. Np 23 *Si sompnus* Np 26 *in* om. Nm 27/28 *et in mollicie vero* Nm 30 *enim* deest Nm 31 *fiunt* Nm 32 post *nutritum* desunt verba usque ad *nutritum* (l. 1 p. 57) omnia Nm

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

πέφθαι μὲν τὴν τροφὴν ὀρθῶς καὶ
318 τεθράφθαι τὸ σῶμα, γεγυμνάσθαι
δὲ ἐνδεέστερον. ἔμπαλιν δὲ ἐπὶ τῆς
σκληρότητος, ἢ τετρῆφθαι σκληρῶς
5 ἢ γεγυμνάσθαι πλεῖον μετὰ [τοῦ]
σκληροῦ σώματος ἐν κόνει. ξηρότης
δὲ τῆς ἕξεως ἔνδειαν πόματος ἢ
τροφῆς ἢ ἀγρυπνίαν ἢ μέριμναν
βιωτικὴν ἢ πολλὴν τρῖψιν ἢ γυμ-
10 νάσιον ἄμετρον ἐνδείκνυται. ταῦτ'
οὖν ἐπισκεπτόμενος ἐπανορθοῦσθαι
δυνήσῃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ
σφάλμα, πρὶν αὐξηθὲν δυσίατον γε-
νέσθαι, μέμνησο δ' ἀεὶ τοῦ πᾶσαν
15 ἀμετρίαν εἰς ἐπανόρθωσιν ἄγεσθαι
διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας. ὁ γάρ
τοι σκοπὸς οὗτος ἁπάντων ἐστὶ κοι-
νὸς τῶν παρὰ φύσιν. ὥστε χρὴ
προσθέντα σε τῷδε τήν τε τῶν σω-
20 μάτων αὐτῶν διάγνωσιν, ὧν προ-
νοεῖσθαι μέλλεις, ἑκάστου τε τῶν
βοηθημάτων τὴν δύναμιν ἁπάσης
ἐπιστήμονα τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης
γενέσθαι, καθ' ἣν οὐ μόνον τοὺς
25 ὑγιαίνοντας ἐν ὑγείᾳ διαφυλάξεις,
ἀλλὰ καὶ τοῖς νοσοῦσιν ἀναλήψῃ τὴν
ἀρχαίαν ἕξιν.

5 πλείω MR: eandem codicum discrepantiam observare licet 374, 17: πλεῖον μὲν γὰρ χρὴ πονεῖν V: πλείω μὲν χρὴ πονεῖν MR, cf. J. Müller: π. ἐθῶν p. XXV. delevi articulum, quem non exhibet V, praebent MR 10/11 ταῦτά τε οὖν MR 11 ἐπισκεπτόμενος VM: βίον σκεπτόμενος R 12 δυνηθείης R, editiones: ἂν δυνηθείης K 19 τῶδε (τῷδε R) MR τῷ V 21 ἑκάστω V

Burgundio:

citatum amplius cum duro corpore vel (!) pulvere.

Siccitas vero habitus indigentiam cibi vel potus vel vigilias vel sollicitudinem aliquam negotiorum aut multam fricationem aut exercicium immoderatum demonstrat. hec igitur superinscrutans poteris corrigere assidue peccatum, antequam auctum difficile sanabile fiat. Quod correctio omnis immoderationis per contrariam immoderationem fiet et hec intentio communis est omnium que praeter naturam, et si adiunxeris huic corporum ipsorum dignotionem, quibus providere debes, que eucrata vel discrata sunt, addideris et uniuscuiusque farmaci virtutem, eris totius artis, que circa corpus, disciplinatus, secundum quam non solum sanos in sanitate custodies, sed infirmis pristinum restitues habitum.

1 pro *duro* fortasse *denso* Bm 5 *vigiliis* Ba: *vigil'* Bm 9 *super his scrutans* Bm 10 *poterit* Bm 18/19 post *dignotionem* desunt verba usque ad *eucrata* Ba 19 *non cunctans* pro *eucrata* Ba pro *vel* habebat *non* Ba, deletum ab altera manu

Nicolaus:

E converso in duricie vel nutritum(!) esse dure vel exercitatum amplius cum duro corpore vel (!) pulvere.

Siccitas vero habitus indigentiam potus vel cibi vel vigilias vel sollicitudines vite vel multam fricationem aut exercitium immoderatum demonstrat. Hec igitur investigans corrigere poteris cotidie peccatum, antequam auctum difficile sanabile fiat. Memento vero semper quod omnis immoderatio in correctionem ducitur per contrariam immoderationem. Intentio enim haec communis est omnium quae praeter naturam. Unum huic adiciendo ipsorum corporum dignotionem, quibus previdere debes, si eucrata aut discrata sunt et uniuscuiusque auxiliorum virtutem totius que circa corpus artis scitor fies, secundum quam non solum sanos in sanitate custodies sed et egrotantibus pristinum recuperabis habitum.

2 *duricie* Np 3 *ut* pro *cum* Np 6 *vel* post *vite* om. Nm 8 *demonstrāt* Nm 13 *correctione* Np 19 *debet* Np, per compendium Nm: correxi *debes si eucrata aut districta* Nm: *si moderata aut distracta* Np 22 *scitor* Nm: *siccorum* Np

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hac comparatione facta patet Nicolaum Burgundionis in studiis nixum translationem suam confecisse. Quare accidit ei aliquotiens, ut quae non in textu Graeco scripta fuisse verisimile est, ea Burgundionem secutus reciperet, velut supra (318, 12): *si* (*quae* B) *eucrata vel discrata sunt;* item (343, 16): *ut si quidem ab assuetudine grossorum aliquis non leditur, amplas habet viscerum predictorum venas, si vero facile leditur, strictas.* Remotis paucis eiusmodi locis dicendum est Nicolaum ut in aliis Galeni operibus transferendis ita in hoc operam curamque adhibuisse, ut verba Graeca quam accuratissime latine redderet.[1]) Burgundio autem perduxit translationem suam usque ad verba 360, 6: *ὥσπερ εἰ καὶ τέχνην ἄρχοιτο μανθάνειν ὀγδοηκοντούτης ὤν.* Et usus est ille quidem codice Graeco, qui non solum perturbatum ordinem exhibebat, sed etiam tota in recensione magis conspirabat cum eo, ex quo MR derivandi sunt. Quae cum ita esse videantur, liceat ad rem illustrandam hoc stemma adicere:



[1]) Rem paene iocosam ne reticeam: in tertio capite Homeri versus laudantur hi: (319, 17): *ἐπὴν λούσαιτο φάγοι τε εὐδέμεναι μαλακῶς, ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γεροντων.* Atque apud N. quidem sincere translati sunt: *cum balneati fuerint et comederint, dormiant molliter; hoc enim est ius senum.* At apud B. in utroque codice exstant: *parce cum* (om. Bm; inser. Ba) *fueritis, comedite senes!*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf